

de Ho 1611.

Dno Johanni Brantio Scholae Hesaliensis  
Rectori A Pareus salutem.

Oblata occasione, commoda, antiquissime Brantio  
volui te certiore facere de nostro statu. Domi ad-  
huc tranquillus est. Foris à Neoburgico ambiente.  
Palatinatus administrationem, utinam non vasta-  
tionem, modis omnibus oppugnatur; sed nondum arri-  
git telis, nisi chartaceis. Imperator causam ad cogni-  
tionem Imperii rejecit, cujus forte brevi comitia  
fient. etiam propter turbas Pragenses, de quibus  
nihil scribo, cum vulgo satis innotuerint. Putse-  
mianam responsam vidi in catalogo, sed in nulla  
reperio taberna. Suspicor adhuc harere in calamo  
vel sub prelo. ubi prodierit, vos mihi ad vestra  
personalia materiam suggeretis, de coeteris viderit  
meus Brantius. Filio tuo significabis me literas  
ejus accepisse, ad me et J. Leffernium, cui eas sta-  
tim curavit mittendas Noribergam, ubi nunc  
vivit, ad eundem meum, quibus ut de suppellectile illius  
rem aliquo modo curaret, rogavi. Responsam  
expecto. Interpres Examini Cutsemiani bonam  
spero operam navavit. A typographo ei G. Tha-  
teros impetravi premioli loco. Voluisset tuus  
Bernhardus aliquam prefationem ad senatum  
vestrum prefixam, ut hoc pacto eos ad aliquam  
remunerationem exibatset. Sed de hac voluntate  
ei nihil constitit. Id fieri poterit in Apologho  
vertendo, quem forte deinceps nobis Apostata  
extorquebit. Vale feliciter cum Tuis et tuum  
Bernhardum ex me saluta, nec non M. Has-  
feldium, D. Rivium et amicos coeteros. Raptum  
Heidell. 12. Maji 1611.

Clar. Davidi Pareo Ivarus Stubbeus salutem.  
Reverende et Clarissime. Vir, Domine, et Amice, perpetuum  
colende; opportunè se mihi hodie in plateis obtulit quidam

tabellarius ad vos iturus, quem ex insignibus Electoralibus Pa-  
latinatus, quae in pectore gestabat, statim cognovi. Itaque in-  
termittere non potui quin ipsi aliquid liberarum ad te  
traderem, ut cognosceres, me debita observantia  
te colere, virum eruditione, pietate, et virtutibus pro-  
stantissimum, et qui tantam significationem edideris  
tuo summo erga me benevolentia, ut cum multi sint  
boni viri, qui meam vicem hoc tempore dolent, meique  
rebus consultum cupiunt, paucos tamen inter omnes  
tecum conferendos, neminem autem tibi preferendum  
Deo nomine censeam. Breves literas tuas doctissimus  
Pieris reddidi, atque etsi ea apud ipsum plurimum pon-  
deris haberent, fecissetque illud tui causa libenter, quod  
ipsum facere rogabas, tamen cum in paedagogio isto  
locus nullus vacaret, et Senatus iam ante constitu-  
isset, ut agebat, Professorum numerum augendum  
non esse, nihil potuit in mea causa officere. Itaque  
isthinc rursus abii, et quoniam annus gratiae, quem  
michi Academia Hafniensis indulserat, ad istud festum  
Michaëlis, quod tum instabat, respirabat, puta vi-  
mihi de nunc redeundum esse, ut uxori meae de habi-  
tatione imposterum prospicerem, et alias meas res  
domesticas disponerem. Mansi itaque Hafnia per hanc  
hiemem, et uxori interim meae juvenem commodam  
habitationem in aedibus illustri Domini Magni  
Ulfelöt, ita cognominatur Danicæ à campo luporum  
Amiralii et Senatoris Regni Danicæ, qui in procerum  
consejso sedet tertius à Rege. Atque habet diversio-  
rium in iisdem aedibus, cum est Hafnia, et vivit cum  
suis Ministris in mensa mea. Vir bonus est, mihi  
ex animo bene cupiens, sicut et plures alii ex pro-  
ceribus regni, quorum quosdam à me non rogatus au-  
dis Regem pro me orasse, ut aliquid mihi attribueret,  
unde vivam, sed exorare non potuisse, non quod omni-  
no ignoret causam meam inique à persecutoribus  
meis delatam et iudicatum esse, sed quia existimat  
se non teneri resarcire, si quid forte alii in me  
injuste commiserunt. Dominus Amiraliius misso ad  
me jam

170  
me jam iter ingressurum ministro; nam erat tuum  
in adibus meis, et ipsi in mensa quotidie per aliquot  
septimanas adederam. Indicavit, se Saturnum operam,  
ut professio mea mihi restituatur, si velim domi  
manere; Ego ayebam gratias respondens me id hoc  
rerum statu non petere. uxori postea meo signifi-  
cavit, se assuntis etiam pluribus ex Regni proceribus  
tamen comoturum Regem, ut mihi eliquid ad susten-  
tationem attributurum sit. Quid futurum sit, ignoro  
feliciter tamen cecidit, quod ista habitatio uxori  
meo contigerit, ut ab isto bono Domino habeat  
protectionem, hoc difficili belli nimirum tem-  
pore, quo injuriis et damnis facilius aliquis affi-  
atur, quam beneficiis. Ego autem duabus septima-  
nis ante Pentecosten domo rursus profectus sum  
in Angliam iturus, uti constitueram, atque in  
itinere cum venissem in Hollandiam, deflexi  
Lugdunum, ubi nunc per biduum moratus sum  
perendie hinc abiturus. Quis autem status sit  
hujus Academiae, ex aliis sine dubio cognosces.  
Facultas Theologica hic nulla est, siquidem Pro-  
fessorum Theologiae quidam mortui sunt, qui-  
dam alio concesserunt. Et fuit quaedam inter  
ipsum controversia, quae etiam post ipsos inter  
Ministros verbi duravit, et si bona spes est, eam  
vel jam compositam esse, vel brevi compositum  
iri. Sed ut ad me redeam et res meas, dici non po-  
test, quantum nunc auctoritatem habeat in Aca-  
demia Hafniensi adversarius meus Resenius,  
protegente ipsius praecipue cancellario cum qui-  
busdam aliis. Mollis circa festum Michaelis inqui-  
sitionem in Calvinistas, item ut Regis literis  
caveretur, ne quis studiosus Janus in eadem Aca-  
demias Calvinistarum, sed neutrum potuit ob-  
tinere. Triumphat nihilominus et sevit mirum  
in modum minans omnia mala, omnibus qui  
ipsum non adorant, et Calvinum damnant.

In Aprili disputavit quasdam theses de persona  
quales puto nunquam antea editas et disputatas  
esse. Et cum multi eis offenderentur, ajunt coepisse  
etiam cancellariam male de ipso judicare, sed in-  
terveniente Holgero Rosenkrantio, dicitur pro-  
catus esse. Reserio, quod diceret Rosenkrantius,  
prestatisse quidem theses estas editas non esse, tamen  
cum jam edita sint, defendi posse. Optarem autem  
istas theses alicubi in Germania senuo im-  
pressas referri in Catalogum mundinalem Fran-  
cofurti, ut istius Apostatae et tyrophanta inge-  
nium hominibus innotesceret. Inveniretur for-  
tasse aliquis, qui ipsi secundum stultitiam ipsius  
h. e. ut meretur ipsius stultitia, respondeat. Ego  
tantum ago, quod mea refert, et quantum contra-  
versiam inter me. Id ipsum concernit, estque nunc per-  
fectum scriptum meum, ut possit ad mundum deferri.  
si modò locus mihi commodus daretur, ubi id absolva-  
m. Nisi autem theses istas ad popularem meum Dr.  
Nicolaum Backendorffium, eumque rogavi, ut eas  
imprimi curaret cum praefatione quadam sub no-  
mine typographi, cujus exemplum una misi.  
Lego autem te, mi Domine, ut digneris theses  
istas perlegere, et vanitatum earum cognoscere  
atque popularem meum juvares, ut certi exten-  
dantur proximis mundinis denuo impressa sive Heidelber-  
ga, sive Francofurti, et si quid in praefatione  
quam sub typographi nomine vellem preponi  
thesibus istis, immutandam censes, immutare velis.  
Et si quis ex tuis discipulis voluerit eas posthac  
commentariis illustrare, esset opere pretium.  
Siquidem non est dubium, quin sit utile Ecclesiae Dei  
immo plane necessarium, hujusmodi vanitatibus et  
ineptiis primo quoque tempore occurrere, ante  
quam is homines simplices irretiantur et ene-  
ventur. Fac igitur, mi Domine, ut populari  
neo

128  
meo hac in re adsit, ut sine omni dilatione theses  
ista proximis nundinis publicè prostant. Deus te  
conseruet ad nominis sui gloriam. Amen. Lugduni  
Batavorum die 18. Maji 1644.

Clar. Davidi Pareo Subbertus salutem.

126.

Reverende et Clarissime. Vir. Doleo nos voti nostri  
computes fieri non posse. Quod ad M. Deckerum  
attinet, letor ex animo, eum eò dignitatis pervenisse,  
ut Collegio Sapientiar. prosit. Eius indoles mihi nota  
est, neq; dubito, quin talis sit, qualem optamus. Ego  
data occasione, profisciscar s. si Deus volet: Le-  
wardiam, et cum DD. Ordinibus tuas literas com-  
municabo. D. Vorstius nondum profectus est. Li-  
dam, an istue concessurus sit ambigo. Leida lan-  
quent nostri circa activam et passivam justitiam,  
irresistibilem vocationem et creabile. subjectum  
predestinationis, neq; facile, audiant eos, qui ea  
que recta sunt, suggerunt. Hoc res me saepe per-  
turbat; sed quid facies? ferenda sunt, que emendari  
nequeunt. Mitto tibi Anti-Socinum meum, spero  
tibi eum non displiciturum esse. Magnam hinc  
invidiam sustines propter veritatis defensionem,  
rogo igitur, mi Paree, ut librum hunc s. si tamen  
is tibi probatur, data occasione. Eulesia com-  
mendare velis. Faciet tuum testimonium ad in-  
vidiam minuendam. Non dispnaserim publicationem  
censura vestra de libro Vorstii. Ita n. hostibus  
sequitis, qui nostram Eulesiam propterea Atheismi  
insimulant, ora obdurarentur. Ordines Hollandie  
mandaverunt, ut ab utraq; parte. eligantur, qui  
controversiarum status constituent. D. Eng rogat  
nostros suo spiritu, ut hic non impingant. Nunquam  
audierunt Scaligerum à Gomaro in te concitatum fuisse.  
Cum hoc illi Bertius exprobarat, putabant calumniam  
esse. Deus illi ignoscat. Bertius scripsit contra perse-